Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in nomine eius. Qui non ex sang
uinibus neq; ex voluntate
carnis: neq; ex voluntate uiri:
sed ex deo nati sunt. Et uerbum
caro factum est et habitauit in
nobis. Et uidimus gloriam eius
gloriam quasi unigeniti a patre plenum
gratie et ueritatis. Credo. Offertorium
Suscipiant celi et tua est terra orbem terrarum
et plenitudinem eius tu fundasti eu
chrisam et iudicium et iustitiam sedis tue.
Oblata domine munera nouis
unigeniti tui natiuitate letifi
cent nos: quatenus ut natiuitatis eius
miraculis erudiamur. P. Postcomunio.
Quos pro infantia. Communio
tes. Contuerunt omnes fines terre
salutare dei nostri. Oratio
Deus qui
omnipotens deus. ut qui natus hodie
saluator mundi sicut diuinitate
nobis geniti nostri est auctor: ita
et in immortalitatis sit ipse la
gitor. P. De. s. Stephano.
Ecce enim sederunt principes et
aduersum me loquebantur
et iniqui persequti sunt me adiuua
me domine deus meus quia seruus
tuus exercebatur in tuis iustificatio
nibus. Ps. Beati immaculati in
uia qui ambulant in lege domini. Oratio
Da nobis quesumus omnipo
tens deus imitari quod colimus. ut discamus et inimi
cos diligere. quia eius natalicia
celebramus qui nouit et pro
persecutoribus exorare. Dominica.
In diebus illis. Actuum apostolorum
Stephanus plenus gratia et
fortitudine faciebat prodigia
et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de sinaga
goga que appellabatur libertinorum et cyrenensium et alexandrinorum et eorum qui erant
a cilicia et asia disputantes
cum stephano. et non poterant resistere sapientie et spiritui
qui loquebatur. Audientes autem
hec: dissecabantur cordibus
suis et stridebant dentibus in
eum. Cum autem esset stephanus
plenus spiritu sancto: intendens
in celum: uidit gloriam dei et iesum stantem ad dexteram uirtutis
dei et ait. Ecce uideo celos apertos: et filium hominis stantem
a dexteris uirtutis dei. Exclamantes autem uoce magna: continuerunt aures suas. Et impetum fecerunt unanimiter in eum
Et eiicientes eum extra ciuitatem et lapidabant. Et testes
deposuerunt uestimenta sua
secus pedes adolescentis qui vo